FRANCKESCHE STIFTUNGEN

DFG

3. Tagebuchbeilagen

Brief von Daniel Defner an August Hermann Francke.

Defner, Daniel

Halle (Saale), 01.08.1718

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-49960

Visual Library

1. VIII. 1718

12

Vir Summe Reverende Patrone Aeviternum Colende.

Maxime laudabili mandato TUO, Vir Sum̃e Rev: graviſsima Tua ponderans munera, haud im̃erito ſatisfacere porro dubitavi. Obtemperare tamen eidem Sum̃a Tua in me humanitas, indefeſsumque Tuum, commodo literarum cultorum quovis modo proſpiciendi ſtudium me jubet. Recenſionis igitur, abſolutarum Menſe Julio lectionum, in eiſque factorum Dei gratia progreſsuum, Tuâ veniâ initium fiat.

Abſolvit

Absolvit nimirum Reverendissimus Dnus: Abbas Breithauptius Thes: Libr: I. C. III. et L. II. C. I. Thes: V. ad sanctam tristissimi Protoplastorum lapsus, nostraeque maximae corruptionis meditationem. solidissima utriusque exploratione praemissa, fideliter nos instigans. In Exeg: Epist: ad Rom: Sume Rev: Dns: D. Antonius jam circa Cap: XV. versatur, in expositione Cap: XII. et II. quam magnum studium, propter innatam nobis segnitiem spiritualem inertissimam, adhibendum sit in exercendo vero Christianismo, praecipue ostendens. In Exercitat: popular: TUIS Vir Sume Rev: doctrina de extremo judicio et vero Christi in cordibus fidelium testimonio ad maximum spiritus mei incrementum divina gratia cum aliis nervose exposita fuit. In Paraenet: vero TUIS circa observationem illam ad dictum Paulinum Rom: XIV, 17. de exstruendo in nobis regno Dei agens, accuratiore inquisitione et confirmatione opus esse, optime monuisti: adjunctis huic insigni materiae 7. occasionibus, quibus Studiosi Theol: si iisdem in timore Domini utantur, easque observarent, regnum Dei exstruere imo et promovere valeant. In Ascet: Dn: D. Langii, quam maximam animae meae attulit utilitatem uberior Prax: IV. et V. explanatio; vero erga omnes praefectos inprimis vero Parentes et Praeceptores amoris studio quam maxime necessario nobis comendato. In Exeg: post: Epist: ad Corinth: ex Cap: III. IV et V. maximas quidem

Christianis

Christianis afflictiones, persecutiones eisdem multas et calamitates in hoc mundo esse paratas, certam tamen eosdem cum Paulo habere spem salutis imò tandem victoriam egregie comonstravit. Ad finem perductis Linguæ sanctæ fundamentis Duce Exc: Dño Michäele jam in Analysi Psalmi XXXIIX. versamur. TUA pace meorum Colleg: bibl: etiam mentionem faciam. Cum contubern: nempe: 1 Epist: Joh: piæ meditationi subjeci: Ex cujus Cap: 1. quatuorq prior: vers: vitam ab Apostolis prædicatam, JESUM æternum Dei Filium, præcipue meum feci. Cum Conterran: verò Epist: Pauli ad Coloss: elegi: in eoq jam circa Cap: III. v 16. substitimus. cujus perspicua seriaq tractatio eo plus sibi temporis sumsit, quo graviores, renatis etiam maxime necessarias admonitiones continet. Jam verò nihil mihi reliquum esse video, quam ut omnes meos fidelissimos Præceptores, inter hos autem præcipuè TE Vir Sume Reverende gratiæ Jesu Christi, Amori Dei, et comunioni Spiritus S. submissis ad totam S. S. Trinitatem fusis precibus comendem, imprimis etiam TE rogem enixè, ut et imposterum saluti meæ et temporali et æternæ optime consulere velis

Hala MDCCXIIX.
Calend: August:

Vir Sume Reverende
Patrone atq Fautor
æviternum colende

TUI Nominis cultor perp:

Daniel Desner. S. S. Th. St.

VIRO
Summe Reverendo, Amplissimo
atque Dignissimo
Domino AUGUSTO HERMANNO
FRANCKIO
S. S. Theol: in Hallensi Aca-
demia Prof: celeberrimo
Ecclesia Ulriciana Pastori
meritissimo
Scholarchaeque Vigilantissimo
Dno Patrono ac Fautori
jugi observantia filialis cultu pro-
sequendo